

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej**

Rękopis Biblioteki Uniwersytetu w Lipsku „Albertina” 951b, k. 100–101

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 51

[51 § 1] De eo. Omnis querimonia et testimonia, quecumque criminosis violenciis.

Omnis querimonia et testimonia, quecumque criminosis [k. 100v] violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptimum [s] oportet protestare circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomochales non fuerint.

[51 § 2] De eo. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur cum furtu.

De eo. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur cum furtu aut spolli, deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. Insuper etiam manifestum factum ibi esse dicitur, ubi viro cultellus aut gladius, aut alia sicca in sua manu deprehensa fuerint, cum qua pacem infringit, aut si in fuga facti deprehensus [/] fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore ductus fuerit. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis. Et si factum manifestum cum viro ad iudicium ductum fuerit, stuprum et obsidium, et irruencia domicilii, homicidium, furtum, spolium, probat homo protestando metseptimus.

[51 § 3] De eo. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere^a.

De eo. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere: “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo iste venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me [k. 101] stupravit corpore, rebus et honore muliebri [s], de quo sufficiens habeo testimonium per eos, qui meum clamorem audierunt, et ostendere volo factum, ut iure teneo aut debeo, et requiro in sententia diffinita, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc ille petat satisfactionem, si vult, quam sibi facere debet seu oportet, et dicat se de facto innocentem. Tunc [tutor] mulieris interroget in diffinita sententia, si mulier violenciam melius poterit protestare cum hiis, qui clamorem suum audierunt, [/] quam ille possit evadere, cum ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur iure, quod possit ipsum possibilis vincere cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam evadere possit. Et si hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domus iudicatur [^b].

^a pomyłka pisarza, skreślił d umieszczone po pro; ^b skrót, zapewne etc.

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]